

**5650** Era nella Piè d'Encino donatami dal S. Pietro Paulo Caravagio ARCHINTIANA (ad Alc.); nam huc videtur spectare indicatio.

MERCVRIO  
VARIA · SEVERA · Q.  
F  
V·S·L·M

Servarunt Archintiana ad Alciatum in praem. f. 8' (ubi deleta est) et 11 et ed. p. 53 (inde Fabbretti. 696, 179).

Cf. titulum n. 5659 Mithrae dedicatum ab eadem, nisi idem est.

**5651** litteris maximis. Antea Incini in collegiata ecclesia, deinde ex dono praepositi Mediolani apud Archintios ARCHINT. (ad Alc.). Nunc in Brera.

T V S  
É · FACTVM  
OVF · SENI  
praeſ · FABR  
5 leg · VIT · MVNICIPIB  
ad annona M · LEVAND  
IA · L · F

Contuli. Archintiana ad Alciatum f. 216, ed. p. 63.

**5652** Incini in turri campanaria.

/// VCVDI sic  
VIRBICI sic

Contuli scalis admotis. Ed. Annoni piano d'Erba p. 65.

**5653** Incini in turri campanaria.

F VIRI · V · P  
IVAE · POS · P

Contuli scalis admotis. Ed. Annoni piano d'Erba p. 64.

1 potest fuisse EVIRI uel EVERI.

**5654** Incini rep. 1845 ANNONI. Mediolani apud Labusium HORKEL.

M columba cum  
ramusculo  
HIC REQVIESC  
TAVRVS VL E  
IN SECVL A  
5 DPS SVB D X  
VARIAS MA  
LE IND SE  
M  
HIC REQVIESC  
10 HONORATA F  
SECVL ANN V  
XVII · K IANVA  
TPRIMO ANN

Annoni ms.; Horkel descriptit.

13 TPRIMO Ann., cuius reliquos errores omisi.

**5655** Incini ad S. Euphemiam quae fuit rep. 1829.

XXX · DP  
D · OCTVBR

Annoni piano d'Erba p. 78.

**5656** Incini ad antiquam collegiatam S. Euphemiae rep. 1829.

ab una parte:

NP  
DP  
S AVG·CC

ab altera:

M D  
SVB D  
INDICT ione xiiii p c p. C. 491  
LONGI ni bis et  
5 FAVST i iunioris u c

Annoni piano d'Erba p. 76 (inde auctoris nomine more suo suppresso Labus Bull. dell' Inst. 1831, 140).

**5657** rep. m. Febr. 1829 nei colli di Vill' Albese (in parochia Incini) una cum nummo Augusti.

CRITO  
VENNO

Annoni piano d'Erba p. 64.

**5658** in pagi Tabernarii [Tavernerio] sacello IOV. In museo Ioviorum ALD. Ibidem adhuc.

L · COELIO · VALERIO  
VT · VIRO · MEDOL  
ET · CALPVNIAE · L · F  
OPTATILLAE  
5 VXORI · EIVS · ET  
M · AEMILIO · COELIO  
COELIANO · DECVR  
MEDOL · ET · NOVAR  
ET · LVCLIAE · L · FIL  
10 SABINIANAE · ET  
M · AEMILIO · COELIO  
CATIANO · FILIS  
COLLEGIVM  
CENTONARIOR  
15 HONORE · ACCEPTO  
IMPEND · REMISER  
ET · INTVTELAM  
DEDER · HS · II

Contuli. Iovius f. 48 (inde Apianus 83; item opinor Alciatus l. 2 f. 50; Smetius 159, 7 ex Apiano; Grut. 393, 8 ex Apiano et Pighianis et schedis Alciati); Aldini n. 98; Monti n. 112.

**5659** in villa Bulgiaci pago Arcore proxima [Bulciago opinor, quamquam id longius distat ab Arcore] ALC. Tuttora a Bulciaghetto a mezzo miglio sopra Cassago in sul piazzuolo avanti all' oratorio di S. Stefano BIRAGHIUS. Ego quoque eam aram vidi, sed neque visa est scripta fuisse neque perspicio, cur quae Alciatus de Bulgiacensi titulo scribit, ad eam potissimum referantur.

D i M  
VARIA  
Q · F  
SEVERA  
5 V · S · L · M

Alciatus l. 2 f. 7 (inde Grut. 1015, 3; Borsieri l. 3 inscr. 25; Redaelli Brianza 1, 155 ex Alciati codice). Biragli amico cattolico 1854 p. 393 dedit ex Alciato, lapidem autem ait vidisse se temere (vide supra).

1 D M traditur.

Eadem Varia Severa titulum n. 5650 dedicavit Mercurio, nisi idem est ab Alciato corruptus.

**5660** Barzanò a. 1821 in ecclesia parochiali sub altari aediculae della Madonna (nunc del crocifisso) inter rudera repperit Cael. MANTOVANI posuitque in crypta canonicae S. Salvatoris.

V · S · L · M · IOVI AT  
TO · SVMM  
ANO · FELICI  
ANVS PRI  
5 MIVSCVS  
M S VI  
D D D

Contuli. Redaelli Brianza 1, 173, cui dedit Cael. Mantovani, explicuit Labus; Orelli 1216 a Labusio; Biragli amico cattolico ser. 2 vol. 11 (1854) p. 394; Cael. Mantovani notizie di Barzanò (1868) p. 6. 42 seq. adiectis interpretationibus Labusii Selettii Bordae.

1 fin. extrema littera speciem prae se fert contignationis ex T et L effectae, unde Labus explicat alt(i)to(nanti); ego magis crediderim quadratarium lineolam, quae litterae L etiam in FELICI additurn superne sic L, paullo longius iusto protraxisse. — 5 duarum primarum litterarum lectio non satis certa est; mihi visae sunt esse aut MI, quod legit etiam Labus, aut AM. — fin. S male adhaesit ad hunc v., cum pertineat ad finem sequentis.

V(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito) Iovi alto summ(an)o Felicianus Primi v(otum) s(olvit) [aut Prianus] cum suis d(onum) d(at) d(edicat).